

inimicet inimicet « In quo qui certat, erit in certamine vicit; et in eo, qui certat, inimicet  
 « Istis vexillis da semper vincere dignis,  
 « Ut vicina <sup>mari</sup> ~~neci~~ maneant <sup>a</sup> prostrata sub illis.  
 « Ut mare, terras vidi [b], ubi victi sunt inimici;  
 « Quae cum viderunt, ipsi sua terga dederunt.  
 « Haec simul incedant, ut fratres, tramite recto,  
 « Atque revertantur, devictis hostibus, ap̄ib⁹,  
 « Pulchra sui specie <sup>c</sup> cernentibus ipsa decora;  
 « Nam radiant nimium vario distincta colore;  
 « Qui legis, o lector, signorum cerne colores ».

Quando dominus Balduinus et dominus Gotefredus et dominus  
 Abojamons ultru mare transierunt.

### CAP. XVII.

Anno Domini M<sup>+</sup> nonagesimo vi [d] Massamutus [A] cum infinita [e] multitudine  
 Saracenorum, nostris exigentibus meritis, permissione divina terram repromotionis, et  
 provincias circumstantes a flumine Iordanis usque ad Brachium Sancti Georgii, occu-  
 pavit, praeter quasdam civitates et alia pauca loca munera, quo rumore citra mare  
 audito [f], Christiani et maxime ultramontani, ad Terram Sanctam recuperandam tran-  
 sieraverunt (44). Inter quos tres inventi sunt, ceu stellae fulgentes, quorum primus  
 est dominus Balduinus [B] qui de progenie Caroli dicebatur; secundus, Gotefredus de  
 Buglone [g], quem ultramontani de stirpe Auliverii [C] esse dicebant; tertius, Abuja-  
 mons [h] [D], qui de semine Guillielmi de Orenge [i] ab omnibus existimabatur. Hui  
 profecto [j] ab humero et super cunctos supereminebant populos, in rebus bellicis do-

[a] vicina neci maneant. Sic C. V. Vicina neci legit Cl. Mitt.; sed in C. M. neci non perspicue  
 appetit; et in eo, pro maneant, est maneat. Legendumne potius: ut vicina mari maneat prostrata sub illis:  
 id est Ravenna? — [b] Ut mare, terras vidi. Sic lego, ope C. A. Certe C. M. non habet trascendi, nec  
 transfundit, ut alia MSS. — [c] Pulchra sui specie. Sic lego. Spem habent C. V. et Cl. Mitt. — [d] Anno  
 Domini M nonagesimo vi. Sic C. M. In C. V., Anno Domini MXCVI. — [e] Massamutus cum infinita. Sic  
 Codd. — [f] circa mare audit, C. M.; non circa, ut alii habent. — [g] Gotefredus de Buglone. Sic C. M.;  
 sed, pro Gotefredus de Buglone, frequentius scribitur Gothofredus Bullionus, vel Bullioneus, vel Buglio-  
 nus. Hic fuit dux Brabantiae, vel Lotharingiae, atque optimus pientissimusque princeps. — [h] tertius  
 Abujamons. Sic C. M., in quo, modo Albujamons, modo Abojamons, modo Abujamons scribitur. — [i] Gui-  
 lielmi de Orenge, C. V., et mea sententia etiam C. M. Cl. Mittarellius legit Guillielmus de Derenga.  
 — [j] Hi profecto. In C. M. hii profecto, et saepe deinceps hii habet.

[A] Massamuti passim vocari solent Saraceni. Hic singulariter eorum caput hoc nomine designatur.

[B] Non alium Balduinum huic expeditioni interfuisse novimus, praeter fratrem Gothofredi Bul-  
 lionei, qui certe de progenie Caroli non dicebatur. An hic, pro Balduino, Hugo potius, Philippi I regis  
 Franciae frater, ponendus erat?

[C] Auliverius hic forte intelligendus exit, qui tempore Caroli Magni, ann. 815, cum quibusdam  
 aliis Palatinis apud Roncisvallem praelio interfuit. Vide supra Cap. VII.

[D] Nonne is esse idem credendus est, ac Bohemondus princeps Taranti, frater Rogerii Apuliae  
 ducis, filius Roberti Guisardi Siciliae domitoris, consobrinus Tancredi filii Oddonis marchionis et  
 Emmae Roberti, olim Apuliae ducis, sororis?